

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

LOG Id: LOG_0077

LOG Titel: Caput Quadregesimum Sextum. Palmifilix. Pacu utan besaar. - Ses en Veertigste Hoofdstuk. De Palmbooms-Vaare.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Halicacabus baccifer. Anty.

Hic *Halicacabus* sese quoque extendit duriusculis & irregularibus flagellis, non vere rotundis, sed planiusculis, uno alterove dorso distinctis, & in amplos articulos divisus, ad quemvis nodum seu articulum hæc tria tanquam in triangulo locantur, in uno nempe angulo simplex folium, illi Bliti simile; sed majus & flaccidius, quatuor & quinque pollices longum, tres latum, foliique petiolus angustas gerit alas, seu tenuiter alatus est, uti & in Blito observatur. In secundo angulo lateralis locatur ramulus, cui folia tam solitaria, quam fasciculata adstant, minora prioribus. Ex tertio angulo tenuis excrefcit petiolus in quatuor vel quinque alios minores distinctus, qui omnes deorsum pendent, quorum quisque sustinet flosculum pentapetalum & læte purpureum, qui antheras continet flavas.

Hos insequuntur baccæ rotundæ Pisi formes, sed superne planiusculæ, pentapetalo infidentes pericarpio, glabræ, & splendentes, semper virentes, ac tandem molliusculæ, intus repletæ semine pusillo & plano in aquosa medulla contento, saporis gratæ aciduli, instar Baccarum *Halicacabi*.

Foliorum sapor est oleraceus, gravior illo Bliti. Baccæ in omnibus fere conspiciuntur nodis dependentes paulo supra radicem, ubi radix sese mox dividit in plures ramos ample extensos.

Nomen. Latine *Halicacabus baccifer*; Malaice & Baleice *Anty*; Javanice *Ranti*.

Locus. In Amboina raro occurrit, ac potissimum circa ædes Baleiensium.

Ufus. Amboinenses non magnam hujus plantæ habent notitiam. Baleienses ea multum utuntur ad olus, ac eam præferunt Blito, folia nempe ejus alii admittunt Sajor.

In *Hort. Malab. part. 8. fig. 28.* similis describitur planta nomine, *Uliria*; Portugallice *Fruitabalsa China*; Belgice *Timpen*. Cum hoc quoque convenit quodammodo *Tsjeria nari nam pulli in ejusdem Hort. Malab. part. 9. fig. 86. Nelen tsjinda vero ejusdem Horti part. 10. fig. 73. cum nostro Anty melius quadrat, uti & a Commentatore vocatur Solanum bacciferum.*

OBSERVATIO.

Hæc planta *Solani* species est, vulgari maxime adfinis, unde & convenit cum eo, quod *Solanum* caule inermi annuo, foliis ovatis angulatis in *H. Cliff. pag. 60.* vocatur, ubi vide reliqua, estque *Solanum Indicum* vulgari simile, floribus albis parvis, *Plukn. Almag. pag. 349.*

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Palmifilix. Pacu utan besaar.

Jam pagos & campos perambulavimus, & sensim devenire incipimus in Amboinensi filva, & montes adscendere, ubi primo nobis occurrit magna Filicum cohors, in tot distincta species, ut confidam, quamvis infulam peculiarem posse ostendere formam. Non itaque animus est omnes peculiariter describere, sed tantummodò eas, quæ ad meam pervenire notitiam, ad quas puto omnes reliquas referri posse. Sexdecim itaque didici noscere species, quarum quasdam in uno comprehendam capite, breviter eas descripturus, quum plurimæ pauci sunt ufus. Hæ sexdecim species sequenti denominantur modo.

1. *Palmifilix* hoc in Capite descripta.
2. *Osmunda*, seu *Filix aquatica*.
3. *Filix esculenta*.
4. *Filix agrestis*.
5. *Lonchitis recta*.
6. *Lonchitis volubilis*.
7. *Dryopteris arborea*.
8. *Dryopteris silvestris*.
9. *Dryopteris campestris*.
10. *Adiantum volubile triplex*.
11. *Capillus*

VYF EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De besdragende Kriek over Zee.

Deze *Halicacabus* breid zig ook uit met bardagtige en ongeschikte steelen, mede niet regt rond, maar platagtig, met een of twee ruggen, en in wyde leden verdeelt, aan ieder lid of knie staan sevier in een drieboek deze drie dingen, in de eene hoek een enkel blad, dat van *Blitum* gelyk, dog grooter, en slapper, vier en vyf duimen lang, drie breed, en den steel van 't blad heeft smalle vlerken, gelyk men mede aan het *Blitum* ziet. Aan de tweede hoek staat een zydetakje, daar de bladeren zoo wel enkeld als verscheiden by malkander staan, kleinder dan de voorige. Uit den derden boek komt een dum steeltje, in vier of vyf andere verdeelt, alle nederwaarts hangende, ieder dragende een klein vyfbladig en ligt-peers bloempje, daar in men geel noppen ziet.

Hier op volgen ronde besien als erweten, dog boven wat plat, op een vyfboekig bordje staande, glad en blinkende, altyd groen blyvende, ten laastten wat week werdende. Binnen gevult met zeer klein en platagtig zaad, in een waterig merg, aangenaam rins van smaak, regt als de Kerffen van *Halicacabus*.

De smaak der bladeren is moeskruidagtig, wel zoo goed als die van *Blitum*. De besien ziet men sevier aan alle knien hangen, dicht boven de wortel, daar zig de plante straks in takken verdeelt, die wyd uitgebreid staan.

Naam. In 't Latyn *Halicacabus baccifer*; in 't Malaice en Baleice *Anty*; op Java *Ranti*.

Plaats. Het is in Amboina weinig te vinden, en meest omtrent de woningen der Balyers.

Gebruik. De Amboinenses hebben 'er weinig kennisse van. De Balyers gebruiken 't veel tot moeskruid, en liever als *Blitum*, te weten de bladeren onder andere Sajor gemengt.

In *Hort. Malab. part. 8. fig. 28.* wert een diergelyk gewas beschreeven, onder den naam van *Uliria*; in 't Portugees *Fruitabalsa China*; in 't Duits *Timpen*; hier mede heeft ook eenige overeenkomst *Tsjeria nari nam pulli in ejusd. Hort. Malab. part. 9. fig. 86. beschreeven*, dog *Nelen tsjinda in ejusd. Hort. part. 10. fig. 73. beschreeven*, komt met ons *Anty* beter overeen, gelyk het ook van den Commentator *Solanum bacciferum* genoemd wert.

AANMERKING.

Deze plant is een soort van *Solanum*, aan de gemeene zeer gelyk, waarom ze ook met die overeenkomt, die de *Solanum* met een jarige gladde steel, en langwerpige hoekige bladeren genaamt wert in de *H. Cliff. pag. 60.* alwaar het overige ziet, en is de Indische *Solanum* aan de gemeene gelyk, met witte kleine bloemen, van *Plukn. Almag. pag. 349.*

SES EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Palmbooms-Vaare.

WY zyn nu de Negoryen en het naaste veld gepasseert, en beginnen nu eerst regt in 't Amboins bosch te komen, en de bergen te beklimmen. Daar komt ons ten eerste voor een geheele troep van Vaaren, in zoo veelderlei geslagten verdeelt, dat ik vertrouw, dat ieder Eiland een byzondere gedaante kan vertonen. Het is dierbalven myn voornemen niet, dezelve allegaer te beschryven, maar alleenlyk zoodanige als tot de andere kennisse zyn gekomen, waar onder ik betrouw alle de andere gemakkelek kunnen getrokken werden. Ik heb 'er sestiën soorten leeren kennen, van derwelke ik zommige in een hoofdstuk zal begrypen, kort daar over lopende, om dat de meeste van klein gebruik zyn. De sestiën soorten zyn benaamt als volgt:

1. *Palmifilix*, of *Vareboom* in dit Hoofdstuk beschreeven.
2. *Osmunda* ofte *filix aquatica*.
3. *Filix esculenta*.
4. *Filix agrestis*.
5. *Lonchitis recta*.
6. *Lonchitis volubilis*.
7. *Dryopteris arborea*.
8. *Dryopteris sylvestris*.
9. *Dryopteris campestris*.
10. *Adiantum volubile*

pillus Veneris. 12. *Filix florida.* 13. *Polypodium Indicum majus & minus.* 14. *Phyllitis.* 15. *Scolopendria arborum.* 16. *Filix calamaria.*

Palmifilix maxima species est, quæ nobis non in initio silvæ obcurrit, sed ipsi primum ordinem dare licet, quum maxima & rarissima sit herbarum in arborem excrescens, in tres subsequentes distincta species.

Primo. *Palmifilix nigra* rectum generat caudicem, duodecim & sexdecim pedes altum, usque ad ramorum ortum, plerumque supra pedem, infra crus crassum. Hic caudex miram habet substantiam, ad illam ligni adcedentem, nullum tamen verum exhibet lignum, sed constat ex simplicibus, crassis, & ex fusco nigris filis, seu nervis, tam firmiter & arcte sibi implicatis, ut ligneum referat truncum, ac proinde externe non glaber est, sed sulcatus, & foveis excavatus, aliisque obductus seu concretus foliis aliarum plantarum. Intus gerit cor herbaceum ac succosum, constans ex segmentis fuscis & nigricantibus venarum, seu ex ramentis latis compositum, quod in detruncatis postibus putrescit, ita ut intus concavus sit, acsi excavati essent postes, relinquens multa plana & tenuia segmenta, acsi ornamenta essent scriniorum ex nigro ligno instar Ebeni composita, quod fit, quia interposita herbacea substantia penitus est putrefacta.

Caudex itaque sese dividit ad verticem in duodecim circiter ramos, seu potius crassas & herbaceas pinnas expansas more *Palme Indicæ* seu *Calappi*, octo & novem pedes longas, inferius pollicem crassas, obscure fuscas & muscosas, ad trium pedum longitudinem nudas, ac pungentibus punctulis obsitas instar spinularum, reliqua pars nuda & viridis est, inferius rotunda, ac superius sulcata, sique amputentur, lentum exhibent viscum. Ab utraque autem parte gerunt duodecim & tredecim alas seu pinnas alternatas, unum ac binos pedes longas, quibus foliola insident digitum longa & lata, alternata. Quodvis folium in multas lacinias distinctum est, quæ ad nervum medium fere excurrunt, superne glabra & intense virentia, subtus ruffa arena oblita, in vetustis nempe. Tener furculus seu *Cyma* pollice crassior est, nuda quoque, sed inferius parum spinulosa, superius crasso circinno ornata, uti in cunctis Filicibus, atque Episcopi refert baculum lanuginosum, harumque *Cymarum* quatuor vel quinque una profert planta, una autem altior est altera. Folia per noctem in domo deposita gravem spirant odorem, instar *Ceratophyti* modo e mari deducti, vel instar piscium vetustorum. Ex caudice detruncato flavus quoque & viscosus exstillat succus, in molle degenerans Gummi.

Radix est crassa & intricata congeries, ex tenuibus nigrisque fibrillis composita, quæ undique sese dispergunt in orbem sine primaria radice. Rami inferius foliolis & viscoso musco investiti sunt usque ad ortum, qui facile abradi potest. Quum caudex detruncatur, ex radice alii de novo excrescunt priore majores.

Secundo. *Palmifilix alba* similem habet caudicem & formam, sed qui paulo crassior est priore, inferius tenuior quam superius, externe penitus rugosus & muscosus, ex similibus constructus nervis, sed non tam niger aut durus, majusque cor gerit herbaceum. Rami non spinulosi sunt, sed ex iis dependent longi mollesque pappi, laterales pinnae breviores sunt quam in priore. Foliola vero flaccidiora sunt, ipsorumque lacinia magis ferrata sunt, subtus non ita arenosa, sed abrupta quasi, ac facile flaccescunt, nec tam gravem fundunt odorem quam in priore.

Radix ejus congeries est intricata ex fibrillis constans, facilis eradicatu, quum planta declivis sit, cæterum satis tenax. *Cyma* ejusdem est formæ cum priore, brevior, mollior, rugosa penitus per istos pappos.

Tertio. *Palmifilix postium*, seu *Pacu tiang* omnium altissimum gerit caudicem, septem enim octove orgyas altus est, & crus crassus, superius quoque spinulosus, sed non ita pungens quam præcedens. Stipes ejus cinereus est, paucio obductus musco, ac solidiorem habet substantiam priore, sed fallax est, sub molli enim isto musco breves ac pungentes latitant spinulae. Folia eandem cum mox præcedente habent formam, tenuia nempe, ad medium distincta, ad oras subtiliter ferrata, ac vetusta, subtus arenosa sunt, cor herbaceum in hac specie minimum est.

Nomen.

bile triplex. 11. *Capillus Veneris.* 12. *Filix florida.* 13. *Polypodium Indicum majus & minus.* 14. *Phyllitis.* 15. *Scolopendria arborum.* 16. *Filix calamaria.*

Palmifilix is de grootste zoorte, die ons wel in 't voorste bos niet voor komt, dog wy moeten haar den voorrang geven, om dat ze de grootste en zeldzaamste is, van een ordinaris kruid tot een boom opschietende, verdeelt in de drie volgende zoorten.

I. *Palmifilix nigra* gewint een regten stam, van twaalf en sesten voeten hoog, tot aan den oorspronk der takken, ordinaris boven een been, beneden een dye dik. Dezen stam heeft een wonderlyke substantie, by is zoo hard als hout, en daar is nogtans geen eigentlyk hout aan, maar van enkele dikke, en zwart-bruine draden, of zenuwen zoo dicht en vast door malkander gevlogten, dat ze een bouten stam verbeelden, dierhalven van buiten niet effen, maar vol groeven en kuilen, en met andere bladeren bewassen. Binnen is een kruidagtig sappig bert, ook met stukken van bruine en zwartagtige airen of breede schilferen doortogen, 't welk in de afgekapte stylen afrot, zoo dat ze van binnen hol werden, als of ze uitgeboort waren, nalatende veele platte en dunne stukjes, als lyfjes van eenig kantoor, boutagtig, en zwart als Ebbenhout, zynde de tusfen-leggende kruidagtige substantie als t'eenemaal vergaan.

De stam nu verdeelt zig boven in den kruin in onttrent twaalf takken, of veel meer dikke kruidagtige steelen uitgebreidt, op de manier als de takken van de *Palma Indica* of *Calappusboom*, agt ende negen voeten lang, agter ruim een duim dik, zwart-bruin en mosagtig, drie voeten bloot, en met steekende puntjes als doornjes bezet, de rest kaal, en groen, van onderen rond, en boven met een vooren, als men ze afsniet, een taaien slym uitgevende. Deze hebben aan weerzyden twaalf en dertien wieken, verwisselt tegens malkander, een en anderhalf of twee voeten lang, aan de zelve staan de blaadjes, een vinger lang en breed, ook verwisselt. Ieder blad is in veele snibbelen verdeelt, die schier tot de middel-zenuwe toe gaan, aan de bovenste zyde glad, en hoog-groen, van onderen met ros zand bezet, te weten aan de oudste. De jonge scheute of *Cyma* is dikker dan een duim, ook kaal, dog beneden wat steekelig, boven met een dikke krul, gelyk alle *Varen*, en verbeelt een Bisschops-staf, dewelke wolagtig is, van welke scheuten men vier of vyf aan een boom ziet, dog de eene hooger als d'ander. De bladeren een naft in huis leggende hebben een sterken reuk als Zeeboompjes, die vars uit Zee komen, of meelige vissen. Uit den afgekaptten stam vloeit ook een geel en kleverig sap, dat tot een Gom wert.

De wortel is een dikke verwarde klomp, van gants dunne zwarte Vaselingen gemaakt, rondom haar verspreidende zonder eenige hoofdwortel. De takken zyn agter met kleine blaadjes, en kleverig mos bekleedt, tot aan baren oorspronk, 't welk zig ligt laat afvryven. Als men den stam afsniet, zoo schieten uit de wortelen andere op, die al zoo groot werden dan de eersten.

II. *Palmifilix alba*, gewint diergelyken stam en fatzoen, dog de stam is wat dikker dan de voorige, beneden dunder dan boven, en van buiten gants bairig of mosagtig, van diergelyke zenuwen gemaakt, dog zoo zwart nog hard niet, en heeft een grooter kruidagtiger bert. De takken zyn niet steekelig, maar behangen met lange zagte vlokken, de zyderwieken zyn korter dan aan 't voorgaande. De blaadjes zelfs zyn slapper, en hare snibbelen meer gezaagt, van onderen zoo zandig niet, maar afgebroken, verwelken ligt, en zyn zoo sterk niet van reuk als het voorige.

De wortel is een verwarde klomp van Vaselingen, ligt om uit te trekken, als den boom in 't hangen staat, maar anders redelyk vast. Het *Cyma* of uitspruitzel is van de zelfste gedaante en fatzoen als het voorige, korter, zagter, en gants ruig van de voornoemde vlokken.

III. *Palmifilix postium*, of *Pacu tiang* heeft den hoogsten stam van alle, want hy wert zeven en agt vamen hoog, een dye dik, en aan zyn bovenste mede doornagtig, dog zoo steekelig niet als het voorgaande. De stam is graauw, met weinig mos bezet, en vaster van substantie dan de voorige, dog hy is bedriegelyk, want onder dat zagte mos schuilen korte en steekelige doornen. De bladeren zyn van fatzoen als de naftgemelde, te weten dun, tot de midden toe ingekeept, aan de kanten fyn geschaart, en de oude van onderen zandig. Het kruidagtige bert is in deze zoorte het kleinste.

Naam.

Nomen. Latine *Palmifilix nigra, alba, & postium*, sic dicta, quod formam *Palmae parvae*, five *Cocciferae* referat, item *Filix arborefcens*; Malaice *Pacu utan*, & *Pavis utan*, item *Pacu pobon*; Belgice *Boomvaren*; Amboinice *Myit & Haburu*, h. e. pilosum. Prima species peculiariter dicitur *Maburu metten*, h. e. *Pacu nigrum*. Secunda species seu alba vocatur *Haburu puti*, seu *Maa kakiri*, h. e. *Pakoe connivens*, quibusdam etiam *Safulen*; Ternatice *Tabaculi*; Baleyice *Pacu dibatan*. Tertia species dicitur *Palmifilix postium*; Malaice *Pacu tiang*; Amboinice *Haburu riri ulan*, h. e. *Postis iterativus*, quum ex uno stipite varii postes formari & conquiri possunt.

Paku seu *Pakis* vocant Malayenses proprie unguem seu clavum, item cunctas *Filicum* species, quum ipsarum folia formam clavi lignei habent.

Locus. Nullibi tam copiosae sunt hae plantae, quam in hisce Orientalibus insulis, sed Javæ & Baleyæ non ita obviæ sunt. In cunctis crescit altis silvis, tam in vallibus quam montibus, ubi arbores vagæ sunt, ita ut vera sit silvestris *Filix*, nec ullo modo ab hominibus transplantari potest, aut circa ipsorum ædes crescere, ita ut multum impenderim laborem, ac tandem successerit quasdam hujus in meo colere horto.

Ufus. Prima seu nigra species ineptum & ineligans habet trunci lignum, ita ut quis diceret nulli inservire usui, sed re ipsa comperitur bonos ac durabiles exhibere postes ad sepes ac paggers, qui tres alios vulgares perdurare possunt, exterior nempe istorum nervorum cortex, internum enim lignum & interjacens caro intra anni spatium putrescit, ita ut concavi fiant, exterior vero arbuscula incorrupta est multos per annos.

Hinc a servis multum expetitur, & aliis præfertur lignis, licet haud crassiores sint pede, tertiæ autem speciei trunci aptiores sunt, quum altiores & crassiores sint, sed raro occurrunt. Ipsorum cyma, antequam circinni sese aperiunt, & a pappis depurati sunt, in frustra conficilla cum pingui coquitur jure, & optimum præbet olus instar tenerorum caulium *Sajor calappa*, libro primo descriptæ.

Christiani Ternatenses porcos suos hac Cyma faginant, quum hanc & tenera folia ipsorum cibo admisceant. Ternatenses iidem herbaceum radicis sumunt cor, quod commiscunt cum radicibus *Toxicariae radicis*, & adhibent contra adsumptum venenum, adcuratore autem disquisitione comperi, erronee illos hanc herbam habere pro *Gagufuru*, quum deberent sumere *Osmundam* subsequentem. Cyma secundæ seu albæ speciei non edulis est, quum parum amaricat, sed ejus varietatis cor, quæ peculiariter *Haburu puti riri ulen* vocatur, sequenti præparatur modo. Caudex binas orygas altus, superius in vertice castratur eximendo ejus cymam, & detractione ramorum usque ad binos tresve. Tali modo per binos menses suo linquitur genio, tumque ejus cor ex superiore caudice eximitur, quod coquitur & editur instar medullæ *Sagus*, quæ *Mëur* dicitur, reliqua trunci pars postibus inservit seu *Paggers*.

Tertia species aptissima est ad postes, quum minimum gerat cor, & durissimum lignum, quod sensim omnino decrefcit, sed superior trunci pars abjicienda est, cujus cor adhuc non satis evanuit, tali modo nostri servi primam adhibent speciem, quæ vulgaris & ad manus est, quæque satis diu durat, sed eo laborat vitio, quod cor computrescens quam maximam formet cavitatem, in qua albæ nidulantur formicæ, ejus furculus seu cyma edulis quoque est.

Vetusti & putridi postes optimum præbent foco lignum, atque ad unam partem accensi per diem ac noctem ignem fovere possunt, ita ut loco cespitum in usu sint, vel uti in Europa sicca *Filicum* folia adhibentur quibusdam in locis sub vasis destillatoriis.

Ad *Palmifilicem* quoque pertinet *Filix canarina*; Amboinice *Haburu yar lari*, quum plerumque sub *Canariis* crescat, estque elegans & glabra *Filicis* species, non in arborem sed in fruticem excrefcens, longos emittens ramos, ad septem octoque pedum altitudinem. Laterales rami directe sibi obpositi sunt, non extensi, sed parum conniventes, pedem vel ulnam longi, quorum bini inferiores lateralem habent appendicem.

Caules

Naam. In 't Latyn *Palmi filix nigra, alba, en postium*, zoo genaamt, om dat ze de geaante heeft van een kleine *Palma* ofte *Cocos-boom*; item *Filix arborefcens*; in 't Maleits *Pacu utan*, en *Pahis utan*; item *Pacu pobon*; in 't Duits *Boom-varen*; in 't Amboins *Myit en Hahuru*, dat is *hairige*; de eerste zoorte in 't byzonder, *Hahuru puti*; of *Maa kakiri*; dat is *leespoogige Pakoe*; by sommige ook *Safulen*; op Ternaten *Tabaculi*; in 't Baleis *Pacu dibatan*; de derde zoort het *Palmifilix postium*; in 't Maleits *Pacu tiang*; in 't Amboins *Hahuru riri ulan*; dat is *Postis iterativus*; om dat men van eenen *struik* verscheide *stylen* kan krygen.

Paku of *Pakis* noemen de Maleyers eigentlyk een *nagel* of *spijker*, als mede alle *Varen* geslagten, om dat bare bladeren de figuur van een *boute nagel* hebben.

Plaats. Zy zyn nergens zoo abundant, als in deze Oostersche Eilanden, dog op Java en Baly zyn ze zo veel niet. Zy waist in alle booge bossen, zoo wel in de valeien als op de bergen, daar de bomen wat ydel staan, zoo dat het een regte *bos-vare* is, en wil ook geenzints door menschen verplant zyn, nog omtrent bunne woningen opkomen, zoo dat ik veele moeite daarom gedaan hebbe, tot dat het my eens gelukte, om eenige bomen in myn tuin op te kweeken.

Gebruik. De eerste of zwarte zoorte heeft wel een onzienlyk en leelyk hout aan den *stam*, zoo dat men zeggen zoude tot geen ding ter weereld te deugen, egter bevindt men met verwondering, dat het goede en durabele *stylen* geeft tot *paggers* of *beiningen*, die wel drie anderen van gemeen hout uitbarden kunnen, te weten de buitenste *schorze* van de voornoemde *Zenuwen* gemaakt, want het binnenste bert en het tussenleggende vleeck verrot binnen een jaar, zoo dat ze hol werden, en egter blyft het buitenste *boompje* onbedorven staan menigte van jaren.

Hierom werden ze van de Slaven veel gezocht, en andere bouten voor getrokken, al zyn ze niet dikker als een been, dog die van de derde zoorte zyn hier toe bekwaamer, als zynde hooger en dikker van *stam*, maar zyn weinig te vinden. Haar uitspruitzel of *Cyma*, eer de krullen open gaan van de vlokken gezuivert, en in stukken gesneden, wert met een vette sop gekookt, en geeft een goet moes gelyk jonge steelen van *Sajor calappa*, Lib. I. beschreeven.


De Christen Ternatansen mesten in Ternaten bunne *Varkens* daar mede, als zy de scheuten en jonge bladeren onder bunne kost mengen. De zelve Ternatansen nemen ook het kruidagtige bert van de wortel, het zelve vermengende met de wortelen van *Radix toxicaria*, en gebruiken 't tegens ingenomen *fenyn*, dog by nader onderzoek bevinde ik, dat zy abusivelyk voor *Gagufuru* dit kruid nemen, daar ze behoorden te nemen de volgende *Osmunda*. De jonge scheut van de tweede of witte zoorte is niet eetbaar, om dat zy wat bitter is, maar het bert van zyne verandering, die men in 't byzonder *Hahuru puti riri ulen* noemt, wert aldus toebereidt. De *stam*, welketwee vademen hoog is of minder, wert boven in de kruin gekapoent met het uitnemen van zyn *Cyma*, en afschappen van de takken tot twee en drie toe. Aldus laat men hem een paar maanden staan, en neemt als dan het palmiet uit den bovensten *stam*, 't welk gekookt en gegeten wert als het merg van den *Sago-boom* genaamt *Mëur*. De rest van den *stam* dient tot *stylen* aan *Paggers*.

De derde zoorte is de alderbekwaamste tot zulke *stylen*, om dat ze het kleinste bert en hardste hout heeft, 't welk metter tyd schier geheel en al verwaist, dog men moet het bovenste van de *stam* wegsmyten, daar 't bert nog te groot is, zoo behelpen hen onze Slaven met de eerste zwarte zoorte, dewelke by de werken is, en aan ben zelfs wel lange duurt, maar die foute by zig heeft, dat het verrottende bert een zeer groot hol maakt, daar in de witte *Mieren* nestelen, zyn *Cyma* is anders mede eetbaar.

De oude en verrotte *Pagger-stylen* geven goed brandhout, en aan 't eene eind aangestoken zynde kunnen een nacht en dag het vuur bewaren, zoo dat men ze in plaats van turf gebruikt, of gelyk in 't *Vaderland* de droge *vare* bladeren gebruikt werden, in sommige plaatzen onder de *Distilleer-ketels*.

Tot *Palmifilix* behoort ook de *Filix canarina*, in 't Amboins *Hahuru yar lari*, om dat ze gemeenelyk onder *Canari-boomen* waist, is een cierlyke en gladde *Varen*, werd geen boom, maar blyft een *struik* met lange takken, zeven en agt voeten hoog. De zydetakken staan regt tegens malkander, niet uitgebreid, maar wat zamen luikende, een voet of een elle lang, waar van de twee agterste nog een zydetakje hebben.

De



Caules obscure fusci sunt, glabri, & inferius ad mediam partem nudi, atque dein obducti sunt tenuibus, ac profunde incisus foliolis fere usque ad medium, ac præterea foliola ipsa serrata sunt, superne rugosa, inferne glabra. Ejus Cyma & tenera folia edulia sunt instar Sajor Pacu, sed non tam mollia. Baleyenses eam vocant *Pacu patis*, h. e. Avium Filix, quum hæ in ea nidulentur. Siccis ejus foliis implentur pulvinaria uti cum Gossypio fit.

Tabula Vigesima septima

Palmifilicem exhibet ob altitudinem per medium sectam cum ejus Cyma A. & foliis explanatis B.

OBSERVATIO.

Hujus Filicis arborecentis variae occurrunt species apud Plumier in tractatu de *Filicibus Americanis*, atque cum hac nostra proxime quoad foliaturam convenit Filix ramosa, pinnulis rostratis *Tab. 35.* exhibita, & Filix arborea ramosa, caudice non diviso, pinnulis angustis, raris, integris Sloan. *Cat. pl. Jam. pag. 22. & Ray tom. 3. pag. 92.*

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Filix aquatica, sive Osmunda. Pacu ayer.

Filix aquatica seu Osmunda in India quoque reperitur, sed a nostrate maxime diversa, atque post priorem maxima est omnium subsequentiū Filicum specierum, ex unica enim radice multos crassos & subrotundos emittit caules, a septem ad duodecim & quatuordecim pedes excrecentes, superius pollicem ac binos digitos crassos, nudos, & herbaceos, inferius ad ortum instar humeri crassos, ac sensim decrecentes ad infantis brachium, quique ruffo obducti sunt musco, facile abradendo, suntque porro extensi, e quibus transversaliter excrescunt quatuor & quinque laterales rami, alternati, non vere extensi, sed parum sursum conniventes, ulnam vel binos tresve pedes longi, atque ex his alii iterum laterales ramuli similes formæ, sed palmam vel spithamam modo longi.

Una parte duodecim plerumque inveniuntur foliola, flaccida, tenera, glabra, & nigricantia, quinque, sex, & octo pollices longa, ultra digitum lata, illis vulgaris Filicis fere similia, sed ipsorum oræ magis parallelæ sunt, & superius in longum excurrunt apicem, & ad oras subtiliter ac vix serrata, magisque adunata sunt reliquis Filicum foliolis, saporis aquei non ingrati, nec silvestris, sed fere oleracei.

Primarii rami ad internam partem plani sunt, ad inferiorem subrotundi, ac dissecti paucum exstillant lentum mucum, atque in interiore parte pauca exhibent alba puncta in circulo posita, vel cum exteriori decursu parallela. Pinnæ foliosæ ad oras alatae sunt, atque foliola ipsa superius nervum medium gerunt protuberantem, inferius non, ac porro subtilibus venulis pertexta sunt.

Radix est mira congeries supra terram eminens, magnitudine capitis, multis obsita nodis seu mammulis, quarum quævis formata est ex binis auriculis sibi adpositis, & ad oras dentatis instar cristæ Gallinæ, substantiæ oleraceæ, coloris terrei seu ravi. Inter has aures caules excrescunt, inferius mollibus obsiti pilis, sed inferiores, quæ jam caules demiserunt, dehiscent. Inferius autem multas rotundas & crassas emittunt fibrillas in terram, instar funium tensas, coloris ravi, saporis aquei, sed parum amaricantis & adstringentis. Superior radice pars transsecta herbacea quoque est, ac similia exhibet puncta, seu maculas in orbem fere positas.

Caules adulti ex auriculis istis, uti dictum fuit, excidunt, quæ ad latera dein deprimuntur, ac superius aliæ denuo progerminant, unde hæc congeries sensim capitis bovini magnitudinem obtinet.

De steelen zyn donker-bruin, glad, en van onderen tot de helft toe bloot, zy zyn bekleed met dunne diepgesnede blaadjes, omtrent tot de helft toe, en daar en boven de blaadjes zelfs nog gezaagt, aan de bovenste zyde gefronst, van onderen effen. Zyn uitspruitzel en jonge bladeren zyn eetbaar gelyk Sajor pacu, dog verre zoo mals niet. De Balyers noemen 't Pacu patis, dat is Vogel-varen, dewyl de vogels daar in nestelen. Met zyn droge bladeren vult men de slaapkussens als met katoen.

De seven en Twintigste Plaat

Vertoont de Vaare-boom, om de hoogte door midden gesneden, met deszelfs scboote ofte spruit A. en de bladen uitgespreid B.

AANMERKING.

Van deze boomagtige Vaare komen verscheide zoorten voor by Plumier in het tractaat over de Americaansche Vaaren, en met het-onze voor zoo veel de bladeren aangaat het naaste, de takkige Vaare, met gebekte blaadjes in de 35. Plaat verbeeld, en de takkige boom Vaare, met een stronk, die niet verdeelt is, en smalle, rare, en heele blaadjes van Sloan. *Cat. pl. Jam. pag. 32. en Ray tom. 3. pag. 92.*

SEVEN EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Water-vaare.

Filix aquatica of Osmunda heeft ook een geslacht in Indien, van onze Vaderlandse nog al merkelyk verscbillende, na de voorgaande is zy de grootste onder alle volgende Varen geslagten, want ze gewint vele dikke en rondagtige steelen uit eene wortel, dewelken van zeven tot twaalf en veertien voeten hoog opschieten, boven een duim en twee vingeren dik, kaal, en kruidagtig, beneden by den oorsprong zoo dik als een scbouder, en allenskens toefinallende tot in de dikte van een kinder arm, met een ros mos bekleed, 't welk men ligt afryven kan, voorts wyt uit malkander gespreidt, daar aan staan over dwars vier of vyf zydetakken, verwisselt tegens malkander, niet regt uitgespreid, maar wat zamen of opwaarts buikende, en elk tot twee en drie voeten lang, aan de zelve weder andere zydetakken in gelyke postuur, dog maar een band of een span lang.

Aan eene zyde staan omtrent twaalf blaadjes slap, teer, glad, en zwart-groen, vyf, ses, en agt duimen lang, ruim een vinger breed, de gemeene Varen scbier gelyk, dog bare kanten loopen meer paraleel, van vooren met een lange spitze, en aan de kanten syn of niet geschaart, en staan ook digter by malkander dan aan de andere Varen, van smaak wateragtig, niet onaangenaam, nog wild, maar scbier moes-kruidagtig.

De hoofdtakken zyn aan de binneste zyde plat, aan de onderste rondagtig, doorgesneeden gevenze een weinig taaien slym uit, en vertoonen van binnen eenige witte puntjes in een ronde kring staande, of met den buitensten omloop paraleel. De blaadragende steelen hebben aan de zyden eenige vellekens als vlerken. De blaadjes hebben de middelzenuwe boven uitsteeken, en van onderen niet, en zyn voorts met fyne adertjes doorweven.

De wortel is een zeldzamen klomp, boven de aarde uitsteekende, in de grootte van een kop, bezet met veele grote knobbelen of mannen, waar van ieder gemaakt is van twee ooren tegens malkander staande, en aan de kanten getant als een banekam, van substantie kruidagtig, en aadverwig of wolfs-geel. Tussen deeze ooren komen de steelen uit, die beneden met weeke hairen bezet zyn, maar de onderste, daar de steelen als uitgevallen zyn, gapen van malkander. Van onderen scbieten ze veele ronde en dikke vafelingen in de aarde, die gespannen staan als touwen, ook wolfs-geel, van smaak uit den wateragtige wat bitter en adstringerend. De bovenste wortel doorgesneeden bewint men ook gants kruidagtig, en diergelyke plekken of puntjes scbier in 't ronde staande.

De steelen hun volkomen ouderdom verkreegen hebbend: vallen, als gezegt, uit die ooren, dezelve werden dan ter zyden gedrukt, en boven op groeien al weder andere, waar door dezen klomp met ter tyd zoo groot werd als een offe-kop.